



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

CXXXIII. Der Domherr Wasmud von Lüderitz legt der Kammer des Domstifts die von seinem Bruder Arnold Jogow erkauften Hebungen aus Schwarzlosen bei, am 24. August 1339.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

terque memoriam dicti magistri petri perhennem ad vnum nouum altare in dicta nostra ecclesia construendum pie deputauerunt in honorem beatorum apostolorum Petri et Pauli pariterque sancte Barbare virginis consecrandum, Cuius altaris collatio tempore vacationis ad nos pertinebit. Ceterum prefati testatores, ut sepedicti magistri Petri memoria anniuersaria celebrior peragatur, statuerunt, Quod cuilibet canonicorum existenti in vigiliis de uespere et missa de mane dimidium scopam vini, Similiter et vicariis perpetuis personaliter accurrentibus cuilibet vnum quartam vini, Absentibus vero nichil. Dicti altaris uicarius pro tempore, quicumque fuerit, In omni anniuersario durante emolimento dicti altaris propinabit. Ipse etiam post missam uicarii domini coning indefinenter cottidie celebrabit. Etiam sepedictus vicarius singulis secundis feriis in suo altari missam celebrabit pro defunctis Et choro seruiet sicut alter. In omnium premissorum euidens testimonium etc. . . Datum et actum anno domini Millesimo Trecentesimo tricesimo nono, feria sexta ante festum sancti bartholomei, Indictione septima, Pontificatus domini benedicti Pape duodecimi Anno quinto.

**CXXXIII.** Der Domherr Wasmod von Lüderitz legt der Kammer des Domstifts die von seinem Bruder Arnold Jagow erkaufte Hebung aus Schwarzlosen bei, am 24. August 1339.

Ego Wasmodus de Iuderitz, Canonicus Ecclesie Stendalensis, — dimidium chorum durifruamenti, videlicet Tres modios ordeï et nouem modios siliginis, in villa magna Swartelose situm, in Curia Steynes, quem ab Arnolde Jachowen, fratre meo, rite comparauit ad Cameram vicariorum Ecclesie sancti Nicolai in Stendal singulis annis perpetue dandum, assignauit et presentibus assigno ob anime fratris mei domini Thiderici, quondam decani Ecclesie sancte Marie in halberstadt, pie memorie remedium et salutem. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Actum et datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Tricesimo nono, in die sancti Bartholomei apostoli. Presentibus honorab. uiris dominis frederico decano, Johanne de Schepelitz, Scolastico, Conrado de Oftheren, Thesaurario Ecclesie Stendalensis, Christiano plebano in Gorne ac Arnolde Jagowen fratre meo predicto et quam pluribus aliis fide dignis.

**CXXXIV.** Das Domstift bekundet die Stiftung des Domherrn Werner von Vinzelberg, am 14. April 1341.

— nos dei gracia Conradus . . prepositus, fredericus . . decanus Totumque Stendalensis ecclesie Capitulum tenore presencium uniuersis cristi fidelibus cupimus fore notum — Quod honestus et discretus uir dominus Wernerus de vincelberghe, Concanonicus noster dilectus, — quandam nobiscum inuit ordinacionem, videlicet quod sacrosanctum corpus domini nostri ihesu cristi in die dominica, qua cantatur Misericordia domini, et duabus dominicis diebus immediate sequentibus, post circuitum in statione faciendam, in medio Ecclesie nostre annis singulis sollempniter deferetur ante altare sancte crucis et clerus cantabit sollempni uoce hos duos uersus: „Bone pastor panis uere“ et „Tu qui cuncta scis“ — quos uersus duo scolares inchoabunt. De qua sollempnitate sic peragenda Idem dominus Wernerus domino . . decano unam stopam vini integram et cuilibet domino presenti ipso die